



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

144. Parabola tertia, Tritici & Zizaniorum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

II. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est, qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuo scandalizatur. *Matth. 13. v. 20. & 21. Marc. 4. v. 16. & 17.*

III. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & sollicitudo seculi istius, & fallacia divitiarum, & circa reliqua concupiscentiae introeuntes, suffocant verbum, & sine fructu efficitur. *Matth. 13. v. 22. Marc. 4. v. 18. & 19.*

IV. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum adfert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesimum. *Matth. 13. v. 23. Marc. 4. v. 20.* Quod in bonam terram cecidit, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *Luc. 8. v. 15.*

## MEDITATIO CXLIV.

### *Parabola III. Tritici & Zizani- norum.*

I. **A**liam parabolam proposuit IESUS, dicens: Simile factum est regnum caelo-

cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superfeminavit Zizania in medio tritici, & abiit. *Matthæi 13. v. 24. & 25.*

II. Cùm autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & Zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet Zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, & colligimus ea? *Matth. 13. v. 26. 27. 28.*

III. Et ait: Non, ne fortè colligentes Zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primùm Zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum. *Matth. 13. Vers. 29. & 30.*

## MEDITATIO CXLV.

*Expositio precedentis parabola.*

I. **D**Imissis turbis, venit Iesus in domum: & accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Ediffere nobis parabolam zizaniarum